



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitruvius Itervm Et Frontinus

Vitruvius

Florentiae, 1513

De foro. Caput. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979


et publicarum, et priuatarum rerum rationes per magistratus gubernantur.

De foro.

Caput. I.


Reci in quadrato amplissimis, et duplici bus porticibus fora constituunt, crebrisque columnis et lapideis, aut marmoreis epistylis adornant, et supra ambulationes in contiguationibus faciunt. Italiae uero urbibus non eadem est ratio faciendum, ideo quod a maioribus consuetudo tradita est gladiatoria munera in foro dari. Igitur circa spectacula spatiosiora inter columnas distribuuntur, circaque in porticibus argentariae tabernae, moenianaque superioribus coactionibus collocantur, quae et ad usum et ad uestigalia publica recte erunt disposita. Magnitudines autem ad copiam hominum oportet fieri, ne paruum spatium sit ad usum, aut ne propter inopiam populi uastum forum uideatur. Latitudo autem ita finitur, uti longitudo in tres partes cum diuisa fuerit, ex his duae partes ei dentur. Ita enim oblonga erit eius formatio, et ad spectaculorum rationem utilis dispositio. Columnae superiores quarta parte minores, quam inferiores sunt constituenda, propterea quod oneri ferendo, quae sunt inferiora, firmiter debent esse, quam superiora. Non minus quod est nascentium oportet imitari naturam, ut in arboribus teretibus, abiete, cupresso, pinu, e quibus nulla non crassior est ab radiabus, deinde crescendo progreditur in altitudinem naturali contractione perquam nascens ad cacumem. Ergo si natura nascentium ita postulat, recte est constitutum, et altitudibus, et crassitudibus superiora inferiorum fieri contractioniora.

- a. forum
quadratum
& columnis
ornatum
more græ
cæ.
- b. forum
propor-
tione sesqui
altera lon-
gitudinis
ad latum,
dinem or-
natum co-
lumnis mo-
re latino.
- c. argēta-
riæ taber-
næ.



Basilicarum loca adiuncta foris, quæ calidissimis
partibus oportet constitui, ut per hyemem sine mole-
stia tempestatû se cõferre in eas negotiatores possint.
Earumq; latitudines ne minus quàm ex tertia, ne plus quàm


ex dimidia longitudinis parte constituantur, nisi loci natura impedierit, & aliter coegerit symmetriā commutari, Sin autem locus erit amplior in longitudine, chalcidica in extremis constituatur, uti sunt in Julia Aquiliana, Columnæ basilicarum tam altæ quā porticus latæ fuerint, faciendæ uidentur, Porticus quæ mediū spatium futurum est, ex tertia finiatur, Columnæ superiores minores quā inferiores (uti superscriptū est) constituantur, Plurimum quod fuerit inter superiores columnas, item quarta parte minus quā superiores columnæ fuerint, oportere fieri uidetur, uti supra basilicæ contignationem ambulantes ab negotiatoribus ne conspiciantur, Epistylia, zophori, coronæ, ex symmetriis columnarum, uti in tertio libro diximus, explicentur.



a. basilica triplæ longitudinis ad latitudinem.
 b. basilica duplæ longitudinis ad latitudinem.
 c. tribunalis locus.

LIBER

Non minus summam dignitatem & uenustatē pos-
 sunt habere comparationes basilicarum, quo genere
 colonia iulie san. stri collocaui, curauiq; faciendā, cui
 ius proportiōes & symmetria sic sunt constituta, Me-
 diana testudo inter columnas est longa pedes. cxx. la-
 ta pedes sexaginta, Porticus eius circa testudinem in-
 ter parietes & columnas lata pedes uiginti, Colūnae
 altitudinibus perpetuis cum capitulis pedum quinqu-
 ginta, crassitudinibus quinum, habentes post se pa-
 rastatas altas pedes uiginti, latas pedes duossemis,
 crassas pedem unumsemis, quae sustinent trabes, in
 quibus inuehuntur porticuū contignationes, Supra
 q; eas aliae parastatae pedum decemet octo, latae binū,
 crassae pedem, quae excipiunt item trabes sustinentes
 anterium & porticuū (quae sunt submissa infra te-
 studinem) tecta, Reliqua spatia inter parastatarū &
 columnarū trabes per inter columnia luminibus sunt
 relicta, Columnae sunt in latitudine testudinis cū an-
 gularibus dextra ac sinistra, quaternae, in longitudi-
 ne quae est in foro proxima cum iisdem angularibus
 octo, ex altera parte cum angularibus sex, Ideo q; me-
 diae duae in ea parte nō sunt positae, ne impediāt aspe-
 ctus pronai aedis Augusti, quae est in medio latere pa-
 rietis basilicae collocata spectans medium forū & aedē
 Iouis, Item tribunal est in ea aede hemicycli schema-
 tis, minore curuatura formatum, Eius autem hemicy-
 cli in fronte est interuallum pedū, quadraginta sex,
 introrsus curuatura pedū quindecim, uti eos q; apud
 magistratus starent, negociantes in basilica ne impe-
 dirent.




a. basilica
 à vitruvio
 facta in co
 lonia fa
 nestri, qd
 nūc fanū
 dicitur, nō
 satis à me
 probatum
 opus.
 b. tribu
 nalis lo
 cus.
 c. aedes
 augusti.

Supra columnas ex tribus tignis bipedalibus com
 pactis traves sunt circa collocata, eaq; ab tertiis colū
 nis quae sunt in interiori parte reuertuntur ad antas.

quæ à profundo procurrunt, dextrâq; & sinistra hemi-
 cyclum tangunt, Supra trabes contra capitula ex ful-
 mentis dispositæ pila sunt collocatæ, altæ pedibus tri-
 bus, latæ quoquouersus quaternis, Supra eas ex duo-
 bus tignis bipedalibus trabes euerganeæ circa sunt
 collocatæ, quibus insuper transtra cum capreolis cõtra
 Zophoros, & antas, & parietes pnaï collocatæ susti-
 nent unū culmen perpetuæ basilicæ, alterum à medio
 supra pnaï ædis. Ita fastigiorū duplex nata disposi-
 tio, extrinsecus tecti, & interioris altæ testudinis, præ-
 stant speciẽ uenustã, Item sublata epistyliorū ornami-
 ta, & pluteorū columnarūq; superiorum distributio
 opusam detrahit molestiã, sumptusq; iminuit ex ma-
 gna parte summã, Ipsæ uero colunæ in altitudine per-
 petua sub trabe testudinis perductæ, & magnificentiã
 impensa, & auctoritatẽ operi adaugere uidentur.

De arario, carcere, & curia ordinãdis. Cap. II.

 Erarium, carcer, curia, foro sunt coniungẽ-
 da, sed ita uti magnitudo symmetriæ eorū
 foro respondeat, maxime quidẽ curia im-
 primis est faciendã ad dignitatem municipii siue ci-
 uitatis, Et si quadrata erit, quantũ habuerit latitudi-
 nis, dimidia addita cõstituitur altitudo, sin aut oblon-
 ga fuerit, lōgitudō, & latitudo cõponatur, & sũma com-
 posita eius dimidia pars sub lacunariis altitudini de-
 tur, Præterea p̄cingẽdi sunt parietes medii, coronis ex
 intestino ope, aut albario, ad dimidiã p̄tẽ altitudinis,
 Quæ si nō erũt, uox ibi disputantiũ elata in altitudi-
 nem intellectui nō poterit esse audientibus, Cũ autem
 coronis p̄ancti parietes erũt, uox ab iis mcrata prius